Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



52

Et tam faciat.

De cui parabsconda sub specie serpentis.

Secunda autem nos cura debet uigilantes reddere. ne se
impetus carnis quasi sub impetu spes latenter subiciat.
et culpas quas agimus uirtutes fingat; Secundum autem eas
gramores culpas. que sub ducta specie uirtutes
imitantur; Quia illae inapto cognitae animum in con
fusionem deicunt. atque ad poenitentiam trahunt.
Ipsae autem nostrum in poenitentiam non humiliant. sed et ea
mentem operantes eleuant. dum uirtutes putantur:
Hoc autem quod de reis animalibus; dictum superius fuerat
ut aliquis confirmet. iterum replicatur; Non teuerebantur
cum ambulabant: Quia eisque quique; sic ad bona tendunt:
ut ad mala properanda non redeant; Quum preuerant usque;
in finem hic saluus erit; Et sic praeamonet dicens; Iustorum
semitae quasi lux splendens procedit et crescit usque; ad
perfectum diem; Incongruaque animo bonum desiderium atque; in
tellectus lucis in me ita parit dicere: Sed ea usque; ad fi
nem uitae in uirtute proficiunt: ad perfectum diem tunc uenient
quando ad regna caelestia perducti in ea luce quam deside
rant iam minus aliquid non habebunt; Sequitur;
Et similitudo animalium aspectus eorum quasi carbonum
ignis ardentium. et quasi aspectus lampadarum;